

cæ disciplinæ, & singulari erga Apostolicam Sedem reverentia præclarus una cum Archiepiscopis & Episcopis Nationis Syrorum Maronitarum, in Sessibus tam Matutinis, quam Vespertinis, mense Octobri anni 1736. habitis, Canones omnes & articulos in ea Synodo conditos & contentos comprobavit, datisque ad eundem Summum Pontificem Clementem XII. literis Synodicis, suppliciter expetiit, ut quæcumque ibi sancita fuerant, Apostolica auctoritate confirmaret; dum tamen ea, quæ hic Romæ jam discussa fuerant, atque in Synodo disertim probata, executioni mandanda essent, ac præsertim omnimoda Sanctimonialium a Monachis separatio; non levis, quoad modum separationis, emerfit dissensio. Accessit deinde quæstio de inhibita quacumque vel modica pecuniæ summa, aut aliarum rerum contributione, tum in sacrorum Oleorum distributione, tum in Ordinum collatione,
Patriar-